



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. xxii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

canonicè perquirat: & si inuenta propinquitas fuerit, se-  
parentur.

*De eadem re.* Cap. XXII.

**S**i quis neptem suam in coniugium duxerit, anathema. Ex cōcilij  
ma sit. Romano.

*De eadem re.* Cap. XIII. Grego.

**S**i quis consobrinam in coniugium duxerit, anathema. Eiusdem.  
Gregor.

*De eadem re.* Cap. XXIII.

**S**i quis de propria cognatione, vel quam cognatus ha-  
bituit, in coniugium duxerit, anathema sit. Itē eius.  
Gregor.

*Sacramentum de parentela, quomodo inqui-*

*rendum sit.* Cap. XXV.

**D**esta parentela quam dicunt esse inter illum N. &  
istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audi-  
sti à tuis vicinis, aut à tuis antiquioribus propinquis, quod  
aut tu per nullum ingenium, nec propter amorē, nec propter  
timorem, aut per præmium, aut per consanguinitatem ce-  
nitibus labis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere  
empliū austerit, quād oculū te ex hoc interrogauerit, sic te Deus  
iliū adiuuet, & ista sanctorum reliqua.

*Iuramentum testium.* Cap. XXVI.

**I**STUD sacramentum quod iste iurauit de illa paren-  
tela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computa-  
tur, quod tu illud obseruabis in quantum sapis, aut audisti,  
sic te Deus adiuuet.

*Sacramentum de incestuoso discidio.* Cap. XXVII.

**A**b isto die in antea quod tu per nullum ingenium, te  
sociabis huic tuae consanguineæ N. cum qua contra  
legem, & rectam Christianitatem tuam adulterium & in-  
cestum perpetrasti, nec in coniugio, nec in adulterio illam  
tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam manducabis  
& bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi forte in Ecclesia,  
vel in aliquo publico loco, ubi nulla mala suspicio possit  
opinari, ut ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pa-  
ter, sibi colloquamini. Nec aliam coniugem accipes, nisi for-  
propter post peractam penitentiam tibi licentia data fuerit ab  
episcopo tuo, aut eius misso, sic te Deus adiuuet, & ista san-  
ctorum reliqua.